



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

25 Junii. 7 Kal. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

25 Junii. 7 Kal. Julii.

Sancte Gallicane, cui contra Scythas pugnanti, facto voto, Angelus Crucem prætulit; & vicisti, Angelis cinctus. Redux à victoriâ, postquam Christo dedisti nomen, mundo fecisti sanctum vale, factus pauperum, ac peregrinorum asylum, ac servus; mirante mundo! Tandem gladio pro Christo additus es. Sancte Dux, adesto mihi, mundo ultimum vale dicenti per mortem. Adesto mihi, cum tuis Angelis, & Cruce, signo victoriæ. Nunc magis vota tua Deus audiet, si tunc necdum Christiani audivit. Ne mei obliviscere. Pugnabo illuc cum æternarum tenebrarum Rege: ne pátere me vinci; ut non vixtus, & damnandus moriar, sed vincam, & moriar coronandus. Amen.

S. Sosipater, beati Pauli Apostoli discipule.

S. Lucia V. M. cum aliis viginti duobus.

S. Febronia V. ob fidem, & pudicitiam, virgis cæsa, equuleo torta, pectinibus laniata, igne succensa, excussis dentibus, pectore lacerato, capitis damnata, Martyr.

S. Eu-

338 ANNI CÆLESTIS

S. Eurosia , regia Virgo M. cui,
sub ipso gladio , mortem expectan-
ti , cælestis vox , *Veni, ajebat, electa*
sponsa Christi, accipe coronam, quam
tibi Dominus preparavit! Quoties-
cunque pro pluviâ , vel contra tem-
pestatem , à Christi fidelibus piè
fueris invocata , in tuo nomine i-
psorum oratio exaudietur.

S. Antidi Episc. M.

S. Maxime Episc.

S. Prosper Ep. scriptis Catho-
licis, eleemosynis, miraculis, odo-
re post mortem suavissimo, claris-
sime.

S. Adelberte , Regis Deiorum
fili , charitate, ac humilitate præ-
cellentissime, prophetâ , & mira-
culis magne.

S. Guilielme Conf. qui ad ob-
scena invitatus , super carbones ac-
censos illæsus jacuisti , & in vi-
tantem ad saniora consilia con-
vertisti.

OMNES SANCTI , &c.
pag. 320.

S. MARIA , cui in filium , è Cruce
datus Joannes , hodie mortuus dici-
tur. *Esto mihi, MARIA, Mater!* & ref-
fice , ut ego vivens , & moriens sim tibi
Joannes filius !